

266



3. 10. 11

4149





**CAROLI MAGNI AGRELLII**

**APPENDICULA**

AD

**SUPPLEMENTA SUA SYNTAXEOS  
SYRIACAE.**

---

**GBYPHISVALDIAE**

**SUMTU ERNESTI MAURITII**

**MDCCCLXXXVI.**



CAROLI MAGNI AGRILLII

APPENDICULA

AD

SUPPLEMENTA SUA SYNTAXEOS  
SYRIACAE.

---

GERMANSIA

INSTITUTUM

MDCCLXXVI



## Praefatio.

Olim mihi, differentiam statuum absoluti et emphatici in *Adjectivis* Syriacis diu multumque frustra pensitanti scrutantique, tandem aliquando quasi radius quidam, veram rei rationem aliquatenus illustrans, insperatus emicuit, qui tamen, utpote recens exortus, cum *Supplementa mea Syntaxeos Syriacae*, quae Gryphisvaldiae anno 1834 prodierunt, conscriberem, nondum poterat satis luminis obscurae materiei affundere. Continuata vero postmodum lectione ac meditatione, nebula sensim discussa est clariorque menti lux affulsit.

Statuum igitur, quos dixi, differentiam, quam *Supplementorum* §. 47 continet, distinctius explicatusque pro modulo virium retractavi: quumque recta hujus discriminis notio haud minimi sit momenti ac ponderis, animum induxi meam de hac re lucubratiunculam, luce, ut spero, non prorsus indignam, ne mecum tota occideret, in publicum emittere, aliis nonnullis observationibus Syntacticis adjectis, haud paucis tamen, ne opusculum plus justo grandesceret, de industria omissis.

Libri, in hac Appendicula citati, iidem sunt, quorum in Praefatione ad *Supplementa* mentio facta est. \*)

Mihi vero, in umbra ac recessu procul a Bibliothecis publicis viventi, Ephraemi Syri Operibus et Actis Martyrum Orientalium (quibus curatius pervolutandis, aetate jam prope exacta, vires posthac haud suppetunt) utendi quidem copia pro dolor! defuit; verumtamen penuriam multorum voluminum, quae properanter et perfunctorie percurrere multi solent, attenta saepiusque repetita librorum, quos habui, lectione compensare conatus sum. Scripsi in Skatelöf prope Wexioniam Sueciae oppidum, d. 1 Martii 1836.

*Carolus Magnus Agrell.*

---

\*) Editione Novi Test, Syriaci *Schaafiana*, quae Lugd, Bat, anno 1709 exiit, usus sum.



## Appendicula

ad Supplementa Syntaxeos Syriacae.

---

### Suppl. p. 5. §. 5. n. III.

Post verba: *Si voci*  $\Delta\text{—}$  *adjicitur*  $\text{|\text{oo}\text{—}}$ , *exprimitur im-*  
*perfectum*, subde hanc Notam: Rarissime, ex seriori forte Sy-  
riasmō, voci  $\Delta\text{—}$  additur futurum verbi  $\text{|\text{oo}\text{—}}$ , e. g.  $\text{ⲟⲟⲥⲙ}$   
 $\text{ⲟⲟⲥⲙ}\text{—}\Delta\text{—}$   $\text{ⲉⲟⲟⲩⲧⲁ}$  Apoc. 20: 6.

### Suppl. p. 10. n. III.

Adde novam litteram C)  $\text{ⲕⲩⲛⲉ}\text{—}\Delta\text{—}$  (*est vel fuit cum*  
*eo*) notat etiam *esse ab* aliquo, *facere cum* aliquo, *partium ali-*  
*cujus esse* (hålla med)<sup>a</sup>) Barh. p. 603 lin. 2. Ass. T. II. p.  
187 col. 1 lin. 11, 12.

### Suppl. p. 10. n. IV. litt. A. not. 1.

Fini hujus notae adde: Praecipua vis sita est in praepositione  
 $\text{ⲕⲩ}$ , quae *debitum* vel *officium* indicat, Barh. p. 490 lin. 10  
11. Ass. T. I. p. 51. col. 1 lin. 16. ut Hebr.  $\text{ל}$  2 Sam. 18:

---

a) Saepius dicitur  $\text{ⲕⲩ}\text{—}\Delta\text{—}\text{|\text{oo}\text{—}}$  Barh. p. 90 lin. 2, 3. p. 115 lin.  
4, p. 168, 203, 309, 381.

11. Esr. 10: 4, 12. Ps. 56: 13. et Arab. على Cor. Sur. 3:  
90. Sur. 16: 37, 84. ed. Hinck. Cfr. Schultens Animadv. Philol.  
ad Cant. 7: 10.

Suppl. p. 18. §. 11. n. VIII.

Adde ex N. T. Syr. Luc. 24: 14. Joh. 4: 35. Apoc. 2: 13.

Suppl. p. 23. §. 15. n. III. litt. B.

Exemplis adde: ܘܢܝܘܢ ܘܢܝܘܢ ܘܢܝܘܢ ܘܢܝܘܢ  
ܘܢܝܘܢ? ubi Chalipha cubabat, Barh. p. 367 l. 4.

Suppl. p. 24. §. 16.

Adde ex N. T. Syr. ܘܢܝܘܢ ܘܢܝܘܢ ܘܢܝܘܢ ܘܢܝܘܢ  
6. ἐπιστηριζων c. 18: 23. ἐπιδεικνύς vs. 28. διαμαρτυρο-  
μενος c. 20: 21.

Suppl. p. 26. n. I. litt. B.

Fini hujus litterae adde: ܘܢܝܘܢ ܘܢܝܘܢ ܘܢܝܘܢ ܘܢܝܘܢ  
ܘܢܝܘܢ faciunt et sol et luna phaenomena alia, Tychs.  
Elem. Syr. p. 58. l. 3.

Suppl. p. 28. §. 19.

Fini sectionis prioris adde: Venit Johannes ܘܢܝܘܢ non  
comedens<sup>b)</sup> Luc. 7: 33. Add. ib. vs. 34. Matth. 11: 19.

Suppl. p. 34. §. 22.

Adde novum num. V. Infinitivus exprimitur per futurum

b) Rectius cum praef. Dolath: Venit Johannes ܘܢܝܘܢ non come-  
dens Matth. 11: 18.

praecedente ? **ܘܢܝܨܝܢܐ**, e. g. **ܘܢܝܨܝܢܐ ܘܢܝܨܝܢܐ** desiderunt Syri, **ܘܢܝܨܝܢܐ** committere proelia cum Turcis, Pauli Neues Repert. P. I. p. 85 lin. 1. Plenius dicitur, **ܘܢܝܨܝܢܐ ܘܢܝܨܝܢܐ** neque cessaret<sup>e)</sup> incitare Zangium Barh. p. 464 lin. 4 a fine.

Suppl. p. 39 not. q.

Fini hujus notae adde: Etiam infinitivus, cui praefixum est Lomad, exprimere potest gerundium in do terminatum, e. g. **ܘܢܝܨܝܢܐ** Factum est ad me verbum Domini **ܘܢܝܨܝܢܐ** dicendo, Tychs. Elem. Syr. p. 42 lin. 6.

Suppl. p. 59. n. II.

Adde: **ܘܢܝܨܝܢܐ ܘܢܝܨܝܢܐ** cum saturavissent eum contumeliam (-lia)<sup>d)</sup> Barh. p. 284 lin. 14. Sic Pabel hujus verbi construitur cum gemino accus. Marc. 8: 4, Luc. 1: 53.

Suppl. p. 64. §. 39.

Adde: **ܘܢܝܨܝܢܐ** supervenit<sup>e)</sup> mihi negotium Ass. T. II.

c) **ܘܢܝܨܝܢܐ** cessavit construitur cum infinitivo. Act. 6: 13. c. 13: 10.

d) Verbo neutri **ܘܢܝܨܝܢܐ** saturatus est jungitur accusativus (cfr. Suppl. §. 2) Act. 27: 38. plane, ut Hebraico **ܘܢܝܨܝܢܐ** Ex. 16: 12. Iob. 27: 14. Eccl. 4: 8. cujus Piel Ps. 90: 14. et Hiph. Ps. 132: 15 cum gemino accus. construuntur.

e) **ܘܢܝܨܝܢܐ** significat venit, adventu, pecul. inopinato seu ex improvise, supervenit, Barh. p. 503 lin. 15. Ass. T. II. p. 264 col. 2 lin. 18 a fine, et vulgo construitur cum **ܘܢܝܨܝܢܐ** Barh. p. 335 lin. 4, 5. p. 352 lin. antep. Luc. 21: 35.

p. 220 col. 2 l. 21. *De morbo*,  $\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$  qui supervenit ei, ib.  
T. III. P. I. p. 485 col. 2 lin. 6.

Suppl. p. 71. §. 44 litt. D.

Initium hujus momenti tale erit:

D)  $\text{ﷲ}$  pepercit h. e. parcat scil. Deus, praeterito optative posito (Suppl. p. 32 not. f.), ut Sueci dicunt *beware Gud! beware mig Gud!* et LXX. Intt. 1 Chron. II: 19  $\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$   $\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$   $\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$  (scil.  $\text{ﷲ} \text{ﷲ}$  vel  $\text{ﷲ} \text{ﷲ}$ )<sup>1)</sup>.

Suppl. p. 71. §. 45 not. u.

Adde: Repetita perspicuitatis causa videntur etiam haec esse: *De peste, quae contigit*, Barh. p. 84 l. 10, 11.  $\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$  magis ib. 286 lin. 4, 5.  $\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$  percusserunt ib. p. 478 lin. 10.  $\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$  parabolae Marc. 4: 33.

Suppl. 74. §. 47. n. I.

Finis hujus momenti seu numeri I. adde:

Quum ergo (ut ex supra dietis patet) status *substantivorum emphaticus* frequenti usu adeo invaluerit, ut *absoluto* statu quasi submoto, *indefinitam* hujus vim saepissime sibi arroget<sup>2)</sup>, fit

f) Sic  $\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$  vertitur  $\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$  Matth. 16: 22.

g) E. g.  $\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$   $\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$  post tempus aliquod (efter en tid) Joh. 5: 14.

dicitur etiam  $\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$   $\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$  Barh. p. 399 lin. 1. p. 465 lin. 2.

$\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$  in loco aliquo, alicubi, Ass. T. II, p. 59 col. 1 lin. 6 a fine.

T. III P. II p. 275 lin. 11. dicitur etiam  $\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$  ib. T. II p.

273 col. 2, 1, 8 a fine.  $\text{ﷲ} \text{ﷲ} \text{ﷲ}$  in locis quibusdam, Barh. p.





mune  $\text{οἱ, αἱ}^m$ ): id quod neque aliis scriptoribus Syris inusitatum fuisse videtur, e. g. *Ingressus est  $\text{οἱ}^m \text{σβημα}$  ὁ sanctus Mar Ephraemus<sup>n)</sup>*, Ass. T. I. p. 30 col. 1 lin. 3. *Respondit  $\text{οἱ}^m \text{αἱ}^m \text{η}$  mulier et dixit* ib. p. 32 col. 1 lin. 15. *Cum viderent eum  $\text{οἱ}^m \text{σβημα}$  οἱ missi (legati)* ib. p. 50 col. 1 lin. 9. p. 362 col. 1 lin. 21. *Etiam  $\text{οἱ}^m \text{σβημα}$  οἱ magnates elegerunt ex filiabus suis 40 virgines.* Barh. p. 487 lin. 8. — Similiter, quo *indefinita* status absoluti vis, quam status substantivi emphaticus sibi vindicavit, clarius eluceat, accidit aliquando, ut  $\text{οἱ}^m$  (unus), articulo Suecorum indefinito *en, ett* respondens, statui substantivi emphatico, *indefinite* intelligendo, apponatur, e. g.  $\text{οἱ}^m \text{σβημα}$  (en man) *ἀνθρωπος* (sine articulo) Mare. 3: 1. <sup>o</sup>). Add. Matth. 12: 10. c. 21: 28.  $\text{οἱ}^m \text{σβημα}$  *λεπρός* Matth. 8: 2. <sup>p</sup>) *δαίμονιζόμενος* Matth. 12: 22. *νεανίου* Act. 7: 58.  $\text{οἱ}^m \text{αἱ}^m \text{γυνή}$  (sine articulo) Luc. 8: 43. <sup>q</sup>) Add. Marc. 7: 25. Act. 17: 34.  $\text{οἱ}^m \text{αἱ}^m \text{γυνή}$

m) Praeponitur, e. g.  $\text{οἱ}^m \text{σβημα}$  *οἱ πρεσβύτεροι* Apoc. 19: 4. *αἱ* c. 18: 8. *τὰ* c. 19: 14.

n) Sine  $\text{οἱ}^m$  e. g. *Discessit  $\text{οἱ}^m \text{σβημα}$  beatus Mar Ephraemus* Ass. T. I. p. 42 col. 1 lin. 5. *Sanctus Ephraemus* ib. p. 50 col. 1 lin. 12 a fine.

o) Sine  $\text{οἱ}^m$  in loco parall. Luc. 6: 6. Add. Matth. 17: 14. Marc. 1: 23.

p) Sine  $\text{οἱ}^m$  in loco parall. Marc. 1: 40.

q) Sine  $\text{οἱ}^m$  in loco parall. Matth. 9: 20. Add. Marc. 14: 3. Luc. 13: 11.



## Regula 1.

Adjectivum vel participium passivum<sup>s)</sup>, quando ut *praedicatum* usurpatur, in *statu absoluto* ponitur<sup>t)</sup>, verbo substantivo, aut loco ejus pronomine, expresso vel subintellecto, e. g.  $\text{סֹחַרְסֹחַר}$   $\text{זִסְרָהוּ הוּ סֹחַר}$  foetidus (est) odor tuus et putidus nec suavis, Ass. T. I. p. 378 col. 1 lin. 12, 13.  $\text{לֹא}$

$\text{לִמְדָה לְמִדָּה אֶל מִדָּה אֶל מִדָּה}$  de quantitate tributi, sive magna (fuerit) sive parva, non litigo. Barh. p. 152 lin. 2. — Ejusmodi vero praedicatum

A) Vulgo solet substantivo praemitti (Hoffm. Gr. p. 307) e. g.  $\text{יָרָא יָרָא יָרָא}$  formidabilis erat visio Hebr. 12: 21.  $\text{יָרָא יָרָא יָרָא}$  fidelis est sermo Tit. 3: 8.  $\text{יָרָא יָרָא יָרָא}$  multae sunt mansiones Joh. 14: 2. Add. Act. 15: 18.  $\text{יָרָא יָרָא יָרָא}$  multa (est) familia mea Ass. T. I. p. 374

col. 1 lin. 21.  $\text{יָרָא יָרָא יָרָא}$  simplex (est) Maria h. e. talis, quales ceterae feminae, ib. p. 347 col. 1 lin. 24.

B) Rarius substantivo postponitur (Hoffm. Gr. p. 308 annot. 1.) e. g.  $\text{יָרָא יָרָא יָרָא}$  testimonium meum non esset verum Joh. 5: 31. c. 8: 13, 17. Dominus noster  $\text{יָרָא יָרָא יָרָא}$  propinquus est Phil. 4: 5.  $\text{יָרָא יָרָא יָרָא}$  aerarium (erat) vacuum Barh. p. 599 lin. 15. Messis (est) multa et operarii (sunt) pauci Matth. 9: 37. Convivium (est) paratum, c. 22: 8. Add. 2 Cor. 10: 10.

s) Per participium passivum intelligo non modo participium conjugationis cujusdam passivae, sed etiam particip. *Pehil* in *Pehal*, ceteraque participia praeterit.



t) Atque haec est causa, cur participium activum, vicem *verbi finiti* (quod est praedicatum) gerens, in *statu absoluto* semper sit collocatum. Cfr. Suppl. p. 28 not. u.







## Regula 2.


Adjectivum vel participium quando ut *epitheton* usurpatur, ponitur

1° In statu *emphatico*, si substantivum, cui additur, in *eodem statu* (ut plerumque fit, supra p. 6.) collocatum est <sup>u)</sup>, et quidem




A) Vulgo postponitur substantivo, e. g.  *πολλὸς ὄχλος* Joh. 6: 5. *πολλὰ σώματα* Matth. 27, 52. *ἀλλας ἐκκλησίας* 2 Cor. 11: 8. *Patres sancti* Ass. T. I. p. 350 col. 1 lin. 5.  *Leo magnus* Barh. p. 78 lin. 3. *Valentinianus magnus* Ass. T. I. p. 397 col. 1 lin. 5, 6. *Theodosius magnus* ib. p. 399 col. 1 lin. 2, 6. *Constantinus magnus* Barh. 64 lin. 9, 12, 15. <sup>v)</sup>

B) Interdum proponitur substantivo (Hoffm. Gr. p. 306 annot. 1.), e. g.  *multi prophetae* <sup>x)</sup> Matth. 13: 17. *Multi seductores* 2 Joh. vs. 7. *Multi Arabes signo crucis servati sunt*, Barh. p. 160 lin. 5 a fine.  *multa verba locutus est* ib. p. 90 lin. antep. 


u) Adjectivum, in statu *emphatico* positum, usurpatur etiam ut *subjectum*, e. g.  *multi dicent* Matth. 7: 22. *Sancti judicabunt*

1 Cor. 6: 2. *Non dicit pro N. Presbytero*  *sicut imperiti* (sc. dicunt), Ass. T. III, P. II. p. 703 col. 2 lin. 11 a fine.

Aut tamquam *objectum*, e. g.  *multos sanavit* Luc. 7: 21.

*Seducunt*  *multos* Matth. 24: 11. *Vocavit*  *sanctos* Act. 9: 41. *Qui custodit iram*  *in infideles* Barh. p. 173 lin. paenult.

w) Ergo *epitheton*, *titulum* indicans, (cfr. Hoffm. Gr. p. 306. annot. 1) non minus postponi, quam praeponi (litt. B) potest.

x) Dicitur  *prophetae multi* Luc. 10: 24.

ܒܘܢܝܢܝܘܬܝܗܘܢ *bonis institutis ejus* ib. p. 545 lin. 2. *Per beatas sorores ejus* Ass. T. II. p. 49 col. 2 lin. 23. *Verecunda uxor Isaci* Barh. p. 151 lin. 8. ܡܘܠܝܬܘܢ *magnum Theodosium* ib. p. 71 lin. 13. *Cura magni Theologi* ib. p. 72 lin. 6. *Cum magno Basilio* ib. p. 67 lin. 6. Ass. T. I. p. 39 col. 1 lin. 8, 9, 13, 20, 21. *Sanctum et magnum Basilium* Ass. T. I. p. 43 col. 1 lin. 16, 17.

II<sup>o</sup> In statu *absoluto*, si substantivum, *indefinite* intelligendum, in *eodem statu* collocatum est <sup>y)</sup> e. g. ܘܝܪܘܠܝܘܬܝܗܘܢ *vir muliebris* Suppl. p. 81 litt. F. ܘܝܪܘܠܝܘܬܝܗܘܢ *viro alii* Rom. 7: 3. <sup>z)</sup> ܘܝܪܘܠܝܘܬܝܗܘܢ *tempus breve* <sup>a)</sup> Ass. T. III. P. I. p. 490 col. 1 lin. 2, 3. Hebr. 11: 25. c. 12: 10. ܘܝܪܘܠܝܘܬܝܗܘܢ *alia vice*, <sup>b)</sup> Ass. T. I. p. 460 col. 2 lin. 1, 2. Act. 17: 32. ܘܝܪܘܠܝܘܬܝܗܘܢ *vicibus multis* Ass. T. II. p. 44 col. 2 lin. 15, 16 *πολλάκις* <sup>c)</sup> Marc. 9: 22. et alibi. ܘܝܪܘܠܝܘܬܝܗܘܢ *anni multi* <sup>d)</sup> Act. 24: 17. ܘܝܪܘܠܝܘܬܝܗܘܢ *in loco alio* <sup>e)</sup> Barh.

y) Ne vestigium quidem hujus regulae (n. II.) in Grammaticis Syriacis ego quidem deprehendi.

z) Eodem in loco dicitur etiam emphatice ܘܝܪܘܠܝܘܬܝܗܘܢ *viro alii*. Scilicet status substantivi emphaticus saepissime pro absoluto usurpatur. Vide supra p. 6.

a) Emphatice ܘܝܪܘܠܝܘܬܝܗܘܢ *tempus breve* Ass. T. II. p. 423 col. 2 lin. 16, Apoc. 6: 11.

b) Emph. ܘܝܪܘܠܝܘܬܝܗܘܢ *alia vice* Barh. p. 422. lin. 5 a fine.

c) Emph. ܘܝܪܘܠܝܘܬܝܗܘܢ *vicibus multis* Barh. p. 283 lin. 4. *πολλάκις* Hebr. 9: 25, 26.

d) Emph. ܘܝܪܘܠܝܘܬܝܗܘܢ *anni multi* Act. 24: 10.

p. 231 lin. 1, 2. **هَؤُلَاءِ مِنْ** *ex loco alio*, aliunde, Ass. T. II. p. 29 col. 1 lin. 8, 9. T. III. P. II. p. 269. lin. 6. et in forma fem. absol. <sup>f</sup>) (Cfr. Schaaf. Lex. Syr. p. 105) **هَؤُلَاءِ** *ex loco alio* Joh. 10: 1. Add. Luc. 24: 28. **هَؤُلَاءِ فِي** *in locum alium* Act. 12: 17. **هَؤُلَاءِ فِي** *in omnibus operibus bonis,* <sup>e</sup>) Col. 1: 10. *In omni opere bono* 3 Cor. 9: 8. *ab omni opere malo* 2 Tim. 4: 18. *ab omni negotio malo* 1 Thess. 5: 22. *omne verbum malum* Matth. 5: 11. Eph. 4: 29. <sup>h</sup>).

### Regula 3.

Si substantivo, in *statu emphatico* posito, status adiectivi vel participii passivi *absolutus*, loco emphatici (2 Reg. 2 n. I.), tamquam *epitheton* additur, illi praefigitur *Dolath*<sup>i</sup>), perinde at-

e) Emph. **هَؤُلَاءِ فِي** *in loco alio* Hebr. 5: 6.

f) Nisi **هَؤُلَاءِ** esse possit status emph. masc. ab absoluto masc. **هَؤُلَاءِ**.

g) Emph. **هَؤُلَاءِ فِي** *in omnibus operibus bonis* Tit. 2: 7.

h) Quando adjectivum respondet *suffixo* cuidam, ponitur etiam in statu absoluto, e. g. **هَؤُلَاءِ فِي** *ut constitueret vos coram se* **هَؤُلَاءِ** *sanctos* Col. 1: 22. Alibi adjectivo, *suffixi* cuiusdam epitheto, praemittitur *Dolath* (cfr. mox infra Reg. 3) e. g. *Invenimus eum* **هَؤُلَاءِ**

*cupantem in domuncula* **هَؤُلَاءِ** *valde afflictum* Barh. p.

372 lin. 11, 12. Add. Luc. 11: 25. vel etiam **هَؤُلَاءِ** (Cfr. Reg. 3.

not. 1.) e. g. *Decoriarunt eum* **هَؤُلَاءِ** *vivum* Barh. p. 347 lin. 4.

*Dimiserunt eum* **هَؤُلَاءِ** *vacuum* Marc. 12: 3. Luc. 20: 10, 11.

i) Hanc regulam perquam obscure et fere sine sensu expressit Michaë-

que statui participii activi absoluto, *participialiter* sen *adjective* intelligendo, idem Dolath<sup>k)</sup> vel etiam  $\text{כֹּ$ <sup>l)</sup> praeponi solent (Suppl. §. 19.) e. g. *Sume*  $\text{כֹּ \text{יָבֵשׁ} \text{דָּג}} \text{ piscem siccum}^m)$ , Knös Chrest. Syr. p. 76 lin. 12, 13. *Sumat secum*  $\text{דָּג} \text{ כֹּ} \text{ piscem salitum}^n)$  ib. lin. 8. *Contemplatus est Rex*

lis in Gr. §. 139. d. his verbis: *Dolath*, *nominibus adjectivis praefixum*, *particulariter illa capi docet*. Quid sibi vult *particulariter capi*? Patet Michaëlem veram statuum absoluti et emphatici differentiam in adjectivis minus clare perspexisse. Ceteri Grammatici rem silent.

k) Epitheta sunt sequentia participia activa: *Semen*  $\text{דָּגָל} \text{ (pr. quod senescit h. e.) senescens seu corruptibile, } \sigma\tau\omicron\upsilon\alpha \text{ } \varphi\theta\alpha\rho\tau\eta \text{ 1 Pet. 1: 23.}$

*Calamus*  $\text{דָּגָל} \text{ (pr. qui similis erat h. e.) } \delta\mu\omicron\iota\omicron\varsigma \text{ Apoc. 11: 1. c. 4: 6. Caudas } \text{דָּגָל} \text{ } \delta\mu\omicron\iota\omicron\varsigma \text{ c. 9: 10, c. 13: 11.}$

l) Adjectivo vel participio passivo, epitheti vicem reddenti, loco Dolath interdum  $\text{כֹּ} \text{ praemittitur, e. g. } \text{Video } \text{כֹּ} \text{ } \text{דָּגָל} \text{ } \text{דָּגָל} \text{ } \text{coelos apertos Act. 7: 56, c. 10: 11. (cum Dolath: } \text{Videbitis } \text{דָּגָל} \text{ } \text{דָּגָל} \text{ } \text{coelos apertos Joh. 1: 51, Apoc. 19: 11.) } \text{Decoratus}$

$\text{est } \text{כֹּ} \text{ } \text{דָּגָל} \text{ } \text{vividus Barh, p. 347 lin. 7. } \text{Alios ceperunt } \text{כֹּ} \text{ } \text{דָּגָל} \text{ } \text{vivos ib, p. 473 lin. 5. p. 358 lin. 14, 15. } \text{דָּגָל} \text{ } \text{כֹּ} \text{ } \text{suplòs Joh.}$

$\text{9: 2, 19, 20. } \text{כֹּ} \text{ } \text{דָּגָל} \text{ } \text{ἐγὼ Act. 4: 10. Cfr. etiam supra p. 18 not. h.}$

m) Proprie *piscem qui siccus* scil. est. Ergo status absolutus in hac etiam constructione proprie ponitur ut praedicatum (Reg. 1.). Idem valet de ceteris exemplis.

n) In statu emph. (sine Dolath, ut oportet)  $\text{דָּגָל} \text{ } \text{כֹּ} \text{ } \text{דָּגָל} \text{ } \text{piscis salitus, Knös Chrest, p. 77 lin. 7.}$




plateam rectam, °) (pr. quae recta sc. erat)  
 ib. p. 82 lin. 1. p. 87 lin. 2. *Fuit dies frigidus* Barh. p. 83 lin. 10. *in locum altum* ib.  
 p. 286 lin. ult. et sq. Act. 27: 41. *Reliquerunt*  
*faciem eius intectam* Barh. p. 253 lin. 14. *Committunt ei negotium, quod quaerit, sive magnum sive parvum* (pr. sive quod magnum fuerit, sive quod parvum) Barh. p. 592 lin. 15. *Sedens super throno inaurato* Ass. T. I. p. 528 col. 1 lin. 8. *Vidit Chalipham sedentem super throno altiore quam terra* Barh. p. 250 lin. penult. *Duae gemellae minores quam* ib. p. 130 lin. 4. Adde *μεῖζω* Joh. 5: 36. *μεῖζονα* c. 14: 12. *πλείονα* c. 7: 31. *φθαρτός* et *ἀφθαρτός* Rom. 1: 23. 1 Cor. 9: 25. Cfr. etiam supra p. 18 not. h.

#### Regula 4.

Status vero adjectivi vel participii *absolutus*, substantivo cuidam, in statu emphatico collocato, tamquam epitheton appositus (Reg. 3.), quando per copulam *Vau* cum praecedenti quodam adjectivo vel participio conjungitur, *solum Vau* (nec simul *Dolath*) sibi praemittere solet, e. g. *Inventus est occisus et projectus ad portam urbis* Barh. p. 352 lin. 2. *Intra spatium (temporis) breve et angustum* Ass. T. II. p. 308 col. 1 lin. 23. *Comparebat possessio (m.*

o) In statu emph. (sine *Dolath*, ut oportet) *platea recta*, Knös Chrest, p. 81 lin. ult.

emph.).  *relicta et dispersa et vaga*  
Barh. p. 84 lin. antep. Add. Luc. 2: 12.

Ex iis, quae hactenus dicta sunt, haec oritur

### *Universalis Regula.*




Status adjectivi vel participii *absolutus* substantivo appositus usurpatur (si a Reg. 2. n. II. discesseris) ut praedicatum, *emphaticus* vero ut epitheton <sup>p)</sup>).

### Regula 5.



Adjectivum vel participium Syriacum, sive masculinum fuerit sive femininum, quum Graecorum Latinorumve *neutrum* exprimit (Suppl. §. 29.), collocatur


1<sup>o</sup> In *statu absoluto*, quando verbum substantivum <sup>q)</sup> aut additur aut subintelligendum est: id quod fit


A) Sive praevio Dolath, saepe quasi *impersonaliter* <sup>r)</sup>,


α) Masculine crebrius, e. g.  *decens erat*, decebat, Ass. T. I. p. 65 col. 1 lin. 6 a fine.  *non decens* (est), non convenit, Barh. p. 545 l. 4 a fine.  *ἔπροεπε*


p) Concentum Arabum docte ostendit Cel. Kosegarten in Praefat. ad *Suppl. mea Synt. Syr.* p. VIII, sq.


q) Sive id fuerit  sive  sive pronomem vicem verbi substantivi explens.


r) Ponitur etiam *indefinite* modo ut subjectum, e. g.  *multum*

 *multum* (πολλά) est mihi dicere (dicendum) Joh. 8: 26. c. 16:

12. Revelet cogitationes suas et quidquid ab eo factum est, 

 *sive bonum* (fuerit) *sive malum* Ass. T. II. p. 172 col.

2 lin. 5 et 4 a fine. Modo ut objectum, e. g.  *multum*

(πολλά) loquebatur cum illis Matth. 13: 3. Nequaquam  *alia* (ἄλλα) scribimus vobis 2 Cor. 1: 13.

Hebr. 2: 10.  $\text{יִפְּרָו}$  *πρέπον ἐστὶ* 1 Cor. 11: 13.  $\text{יִפְּרָו}$  et  $\text{כִּי}$   
 saepe in N. T. Syr. respondent Graeco δέῖ Suppl. §. 24 n. I.  
 litt. A et B. et *δέον ἐστὶ* Act. 19: 36.  $\text{כֵּן}$   $\text{וְעַתָּה}$  *καλὸν*  
*σοι ἐστὶ* Matth. 18: 8, 9.  $\text{כֵּן}$   $\text{וְעַתָּה}$  *bonum (est) tibi* Barb. p.  
 422 lin. 6.  $\text{וְעַתָּה}$  *καλὸν ἐστὶ* Matth. 17: 4. Marc. 9: 5.  
*καλὸν* (sc. *ἐστὶ*) Rom. 14: 21. Gal. 4: 18. Sine  $\text{וְעַתָּה}$  Matth.  
 15: 26. Act. 6: 2.  $\text{וְעַתָּה}$  *facile (erit) nobis* Barb. p.  
 400 lin. 2. Rom. 7: 18. et *εὐκοπώτερον ἐστὶ* Marc. 10: 25.  
 $\text{וְעַתָּה}$  *si licitum esset* Ass. T. III. P. II. p. 281 lin.  
 23. (sine  $\text{וְעַתָּה}$  ib. lin. 21.)  $\text{וְעַתָּה}$  *ἐξὸν* Act. 2: 29. *ἔξεστί,*  
 c. 22: 25.  $\text{וְעַתָּה}$  *licet*, Suppl. §. 30. n. II. Adde *σκληρόν*  
*σοι* Act. 9: 4. c. 26: 14. *Turpe est* 1 Cor. 11: 6.  $\text{וְעַתָּה}$  *di-*  
*ctum (est)* Luc. 2: 24, 26. Barb. p. 242 lin. 9. et *dicitur*, fer-  
 tur<sup>s</sup>), Ass. T. III. P. I. p. 245 col. 1 lin. 17.  $\text{וְעַתָּה}$  *γεγρα-*  
*πται* Matth. 4: 4, 6, 7, 10. *ἐστὶ γεγραμμένον* Joh. 6: 45.  
 c. 10: 34.  $\text{וְעַתָּה}$  *δέδοται* Matth. 13: 11. *δεδομένον* Joh.  
 6: 65.

(β) Feminine rarius<sup>t</sup>), e. g.  $\text{וְעַתָּה}$   $\text{וְעַתָּה}$  *ὅτι οὐ γὰρ*

s)  $\text{וְעַתָּה}$   $\text{וְעַתָּה}$  *idem; quod tamen saepius dicitur feminine*  $\text{וְעַתָּה}$ .

Vide Suppl. §. 29. n. II. litt. B.

t) Adjectivum vero femininum saepius occurrit, ubi hoc jungitur alicui  
 pronomini, quod neutraliter intelligendum, longe frequentius feminini,  
 quam masculini generis esse solet, e. g.  $\text{וְעַתָּה}$   $\text{וְעַתָּה}$  *hoc bonum*  
*(est)* 1 Cor. 7: 26.  $\text{וְעַתָּה}$   $\text{וְעַתָּה}$  *quod verum esset illud* Act.  
 12: 9.  $\text{וְעַתָּה}$   $\text{וְעַתָּה}$  *τί ἐστὶν εὐκοπώτερον* Marc. 2: 9. Non ne-

καλὸν ἐστὶ Marc. 7: 27. <sup>u)</sup> ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ *εύκοπότερόν ἐστι*  
 Luc. 18: 25. <sup>w)</sup> ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ *notum est, δῆλον* 1 Cor. 15: 27.  
 Sine ܘܫܝ 1 Tim. 6: 7. ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ *manifestum est*, constat,  
 πρόδηλον Hebr. 7: 14. Sine ܘܫܝ Barh. p. 264 lin. 4 a fine.  
 ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ <sup>x)</sup> *δικαίον ἐστὶ* Act. 4: 19. 2 Thess. 1: 6. ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ *pos-*  
*sibile (est)* Barh. p. 531 lin. 8. ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ *impossibile (est)* Ass.  
 T. I. p. 51 col. 1 lin. 7 a fine. Barh. p. 223 lin. penult. ܘܫܝ  
 ܘܥܝܘܐ *impossibile fuit* Ass. T. I. p. 70 col. 2 lin. 17.  
*Dixit*: ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ *verane (sunt) nec ne? Clamarunt* ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ  
*vera (sunt)*. Ass. T. I. p. 375 col. 1 lin. 10.

B) Praevio Dolath,

α) Masculine, e. g. *Charitas non cogitat* ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ *τὸ κα-*  
*κὸν (pr. quod malum sc. est) <sup>y)</sup>* 1 Cor. 13: 5. *Coluit Deos*

*gloriam hoc tempore* ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ *id, quod decens erat* Ass.

T. I. p. 21 col. 1 lin. 7. ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ *ea quae vera (sunt) --*  
*honestas, -- justa etc.* Phil. 4: 8.

u) In loco parall. Matth. 15: 26. effertur masculine ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ *οὐκ*  
*ἔστι καλὸν.*

w) In loco parall. Matth. 19: 14. dicitur masculine ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ  
*εύκοπότερόν ἐστι.*

x) Perperam ut masc. emph. posuit Schaaf in Lex. Syr. p. 262; nam  
 esse fem. absol. patet ex Eph. 6: 1.

y) In statu emph. (sine Dolath, ut oportet) *Charitas proximo suo*  
 ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ *κακὸν non facit*, Rom. 13: 10. Sic ποιεῖν τὸ καλὸν δι-  
 citur ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ Gal. 6: 9. et ܘܫܝ ܘܥܝܘܐ Rom. 7: 21. Ergo  
 in neutro exprimendo status adjectivi absolutus, cui Dolath praemis-  
 sum est, aliquo modo aequivalet statui adjectivi emphatico, eandem-



gentium et fecit **يَصِيْبُ** malum<sup>2)</sup> (pr. quod malum erat) Barh. p. 24 lin. antep. Add. Matth. 27: 23. Rependet Dominus **يَا بَارِي** sive bonum sive malum (pr. sive quod bonum fuerit, sive quod malum) Tychs. Elem. Syr. p. 109 lin. antep. 2 Cor. 5: 10. Add. Marc. 3: 4. Luc. 6: 9. **يَا بَارِي** ut contingat tibi bonum Eph. 6: 3. Omnia probate **يَا بَارِي** et τὸ καλὸν tenete 1 Thess. 5: 21. Luc. 6: 27.

β) Feminine, praesertim in plurali, e. g. Et servant **يَا بَارِي** τὰ γεγραμμένα (pr. ea quae scripta sc. sunt) Apoc. 1: 3. **يَا بَارِي** majora (μεῖζω, pr. quae majora sunt) Joh. 1: 50. (al. 51.) Neque **يَا بَارِي** praesentia, neque **يَا بَارِي** futura<sup>a)</sup> Rom. 8: 38. 1 Cor. 3: 22.

γ) II.° In statu emphatico, plerumque feminino<sup>b)</sup>, quando neutrum, tamquam subjectum vel objectum, ex ipsa status emphatici indole *definite* (quasi naturam substantivi sive abstracti induens), aut etiam, vi status absoluti adscita<sup>c)</sup>, *indefinite* (cfr. supra p.

que, quam hic status (quasi substantivam) vim habet (vid. mox infra n. II.), quemadmodum adjectivum, in statu absoluto cum praevio Dolath positum, aequè potest *epitheton* substantivi, in statu emphatico collocati, exprimere (Reg. 3.), atque adjectivum in statu emphatico positum. (Reg. 2. n. I.)

z) Emph. Si **يَا بَارِي** τὸ κακὸν feceris Rom. 13: 4.

a) Emph. (sine Dolath, ut oportet) **يَا بَارِي** futura. Joh. 16: 13.

b) Raro masculino, e. g. Est mihi (habeo) contra te **يَا بَارِي** paululum (ὀλίγα) Apoc. 2: 14. **يَا بَارِي** τὰ καλὰ injecerunt in vasa, **يَا بَارِي** τὰ δὲ σαπρὰ projecerunt foras. Math. 13: 48.

c) Perinde ac status emphaticus in substantivis *indefinitam* absoluti vim saepissime sibi adsciscit. Vide supra p. 6.

18. not. r.) intelligendum est, e. g. **אֶמָּוֹת** τὸ ἀγαθὸν *mīhi ad mortem* **לֹּסִי גֵּיְוֹנִים** Rom. 7: 13, 18. **אֶמָּוֹת** τὸ κακὸν *propinquum est mīhi* ib. vs. 21. *Discernere* **אֶמָּוֹת** **אֶמָּוֹת** *bonum a malo* Barh. p. 504 lin. 14. Hebr. 5: 14. Add. Rom. 7: 19. c. 9: 11. c. 12: 21. 1 Pet. 3: 11. 3 Joh. vs. 11. *Κακὸν ἀντὶ κακοῦ* Rom. 12: 17. Barh. p. 91 lin. 1. *Homo bonus ex thesauris bonis profert* **אֶמָּוֹת** τὰ ἀγαθὰ, *et homo malus ex thesauris malis profert* **אֶמָּוֹת** *πονηρὰ* Matth. 12: 35. Add. Joh. 5: 29. Rom. 3: 8. *Homo bonus ex thesauris bonis profert* **אֶמָּוֹת** τὸ ἀγαθὸν<sup>d)</sup>, *et homo malus ex thesauris malis profert* **אֶמָּוֹת** τὸ πονηρὸν Luc. 6: 45. Adde Rom. 2: 9, 10. c. 12: 9. **אֶמָּוֹת** τὰ ἀρχαῖα 2 Cor. 5: 17. Ass. T. I. p. 218 col. 2 lin. 11. *μεγάλα* Apoc. 13: 5. τὰ πρῶτα c. 21: 4. τὰ κρυπτὰ Rom. 2: 16. 1 Cor. 14: 25. **אֶמָּוֹת** **אֶמָּוֹת** *multa (πολλά) essent mīhi scribere (scribenda)*<sup>e)</sup> 2 Joh. vs. 12. 2 Joh. vs. 13. *Ut patiatur* **אֶמָּוֹת** *multa (πολλά)*<sup>f)</sup> Luc. 17: 25. c. 9: 22. Add. Marc. 6: 34. Luc. 10: 41. Ass. T. I. p. 367 col. 1 lin. 18.

d) Sic *εἰς ἀγαθὸν* vel *εἰς τὸ ἀγ.* vertitur per sing. **אֶמָּוֹת** Rom. 8: 28., per plur. **אֶמָּוֹת** c. 13: 4. c. 16: 19.

e) In statu absol. sing. **אֶמָּוֹת** *multum (πολλά) est mīhi dicere* Joh. 8: 26. Ex hoc igitur et proxime sequenti exemplo cernitur, statum emphaticum etiam in adjectivis neutraliter positus indefinitam status absoluti vim sibi vindicare posse.

f) In statu absol. sing. *Ut patiatur* **אֶמָּוֹת** *multum (πολλά)* Marc. 8: 31. Matth. 16: 21. Cfr. supra p. 18 not. r.

## Aberrationes.

Quum haud raro eveniat, ut Scriptores cujuslibet linguae a recte scribendi norma, usu vel praeceptis stabilita, deflectant, mirum haud videatur, aliquas a regulis supra propositis aberrationes in scriptis Syrorum deprehendi. Tales vero sunt:

I.<sup>o</sup> Status adjectivi vel participii *emphaticus*, qui tamquam substantivi, in statu emphatico collocati, epitheton vulgo usurpatur (Reg. 2 n. I.), haud raro, loco status absoluti (Reg. I.), ceu *praedicatum* ponitur, verbo substantivo (supra p. 18 not. q.) expresso vel subintellecto<sup>g</sup>), e. g. Vos **ܡܠܬܝܢ ܕܢܝܢܝܢ** estote parati<sup>h</sup>) Luc. 12: 40. **ܟܘܢܢ ܐܝܢܢܢ ܠܥܡܠܝܢܢ** esset labor noster **ܘܢܝܢܢ ܘܢܝܢܢ** inanis<sup>l</sup>)

1 Thess. 3: 5. **ܥܘܠܢܢ ܟܘܢܢ ܕܥܘܠܢܢ** erit castus (absol.) et erit justus (abs.),

**ܟܘܢܢ ܕܥܘܠܢܢ** et erit benignus (emph.) Tit. 1: 8. Vos, qui antea **ܕܡܠܘܢܢ ܕܥܘܠܢܢ** longinqui (absol.) eratis,

**ܕܥܘܠܢܢ ܕܥܘܠܢܢ** propinqui (emph.) facti estis Eph. 2: 13. **ܕܥܘܠܢܢ ܕܥܘܠܢܢ** caecus fuerat<sup>k</sup>) Joh. 9: 13, 18, 25, 25, 41. **ܕܥܘܠܢܢ ܕܥܘܠܢܢ** metuendus erat maleficis<sup>l</sup>) Barh. p. 497 lin. 5 a fine. **ܕܥܘܠܢܢ ܕܥܘܠܢܢ**

fessi erant ib. p. 445 lin. 12. Si **ܕܥܘܠܢܢ ܕܥܘܠܢܢ**

---

g) Quum status emphaticus pro absoluto in *substantivis* saepissime occurrat (supra p. 6.), quid mirum videatur, idem in *adjectivis* aliquando accidere?

h) Rectius in statu absol. Vos **ܡܠܬܝܢ ܕܢܝܢܝܢ** estote parati Math. 24: 44. Add. 2 Cor. 9: 3, 5.

i) Rectius absol. Labor vester **ܟܘܢܢ ܕܥܘܠܢܢ** non fuit inanis 1 Cor. 15: 58.

k) Absol. **ܕܥܘܠܢܢ ܕܥܘܠܢܢ** eris caecus Act. 13: 11.

l) Rectius absol. **ܕܥܘܠܢܢ ܕܥܘܠܢܢ** metuendus erat omnibus Barh. p. 183 lin. ult. p. 426 lin. 3.

*fideles non fueritis*<sup>m)</sup> Luc. 16: 11. (absol. vs. 10.) ⲉⲧⲉⲗⲉⲥ ⲛⲟⲛ ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ  
ⲉⲧⲉⲗⲉⲥ ⲛⲟⲛ ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ *fideles sunt et dilecti*<sup>n)</sup> 1 Tim. 6: 2. Add.  
 Barh. p. 213 lin. 5. p. 561 lin. 2, 3. Joh. 20: 27. (Apoc. 22:  
 6. coll. 1 Tim. 4: 9.) ⲟⲩ ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ *verum est et ju-*  
*stum iudicium tuum*<sup>o)</sup> Apoc. 16: 7. ⲟⲩ ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ *potens*  
*est Dominus*<sup>p)</sup> Apoc. 18: 8. ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ *hoc*  
*unum impossibile est*<sup>q)</sup> Barh. p. 242 lin. 4. ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ *im-*  
*credibilis est quantitas magna talis* ib. p. 270  
 lin. 4, 5. *Beatus est et sanctus* Apoc. 20: 6. *Beati sunt*  
*mortui* c. 14: 13. ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ *nos, qui multi sumus*<sup>r)</sup>  
 Rom. 12: 5. ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ *nos caeci sumus* Joh. 9: 40.  
 — Talis constructio in primis occurrit, ubi ⲉⲧⲉ verbi substan-

- 
- m) Absol. ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ *ut sim fidelis* 1 Cor. 7: 25. Forte huc  
 pertinet: *Si in eo, quod vestrum non est,* ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ  
ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ *non inventi estis fideles* Luc. 16: 12. In statu abso-  
 luto: *In re exigua* ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ *inventus es fidelis* Luc.  
 19: 17. Utrouque Syriacum *inveniendi* verbum respondet verbo  
 Graec. substantivo *γινεσθαι*.
- n) Rectius absol. ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ *fidelis est et justus*  
 1 Joh. 1: 9.
- o) Absol. ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ *vera et justa (sunt) iudicia ejus* Apoc.  
 19: 2.
- p) Absol. ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ *potens est in vobis* 2 Cor. 13: 3.
- q) Fem. absol. ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ *hoc impossibile (est)* Matth. 19: 26.
- r) Absol. ⲉⲧⲉ ⲛⲟⲛ *multae sunt mansiones* Joh. 14: 2.



tivi vicem praestat<sup>s</sup>), e. g. *Qui facit justitiam*  $\text{וְיַעֲלֶמֶת}$  *justus est*<sup>t</sup>), sicut etiam *Christus*  $\text{וְיַעֲלֶמֶת}$  *est justus*  
 I Joh. 3: 7.  $\text{וְיַעֲלֶמֶת}$  *erant enim opera eorum mala*<sup>u</sup>) Joh. 3: 19.  $\text{וְיַעֲלֶמֶת}$  *sunt odiosi*<sup>w</sup>) Tit. 1: 16.  $\text{וְיַעֲלֶמֶת}$  *cum sit (creator) insensibilis* Ass. T. III. P. I, p. 259 col. 2 lin. 16 a fine. Add. ib. T. II. p. 206 col. 2 lin. 16 et 15 a fine. *Magna et mirabilia sunt opera tua* Apoc. 15: 3. *Magna erat plaga ejus* c. 16: 21. *Membra sunt multa* 1 Cor. 12: 20. *Qui fuerat caecus* Joh. 9: 24.

II.<sup>o</sup> Status adjectivi vel participii *absolutus*, cui *Dolath* praemissum est, ponitur, verbo substantivo (supra p. 23 not. q.) expresso vel subintellecto, aliquando ut *praedicatum*<sup>x</sup>), quamvis

s) Rarissime  $\text{וְיַעֲלֶמֶת}$  jungitur *nudo* statui absoluto (e. g. in Suppl. §. 15. n. III. litt. A), sed aut statui adjectivi emphatico, aut statui absoluto, cui *Dolath* praemissum est (mox infra n. II.), qui posterior status, praemisso nempe *Dolath*, aliquo modo aequivalet statui adjectivi emphatico. Vide supra p. 20 not. y. An causa hujus rei (quod scilicet  $\text{וְיַעֲלֶמֶת}$  jungi amet statui adjectivi emphatico vel etiam statui absoluto) in primigenia vocis  $\text{וְיַעֲלֶמֶת}$  significatione quaerenda est?

t) Absol.  $\text{וְיַעֲלֶמֶת}$  *justus est* 1 Joh. 2: 29.

u) Quando status adjectivi absolutus locum obtinet, vix unquam  $\text{וְיַעֲלֶמֶת}$  superrime supra not. s.), sed aut  $\text{וְיַעֲלֶמֶת}$  aut loco ejus pronomen additur, velut  $\text{וְיַעֲלֶמֶת}$  *mala fuerunt opera ejus* 1 Joh. 3: 12.  $\text{וְיַעֲלֶמֶת}$  *opera ejus mala sunt* Joh. 7: 7.

w) Absol.  $\text{וְיַעֲלֶמֶת}$  *odiosi eramus* Tit. 3: 3.

x) Tale *Dolath* invenitur aliquando praemissum participio activo, in

secundum Reg. I. ejusmodi Dolath abesse debeat, nec soleat praefigi, nisi ubi status adjectivi vel participii absolutus substantivo cuidam, in statu emphatico posito additus, epitheti vicem reddidit (Reg. 3.), e. g.  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  fuit tristitia postrema  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  pejor quam prima<sup>y</sup>) Barh. p. 449 lin. 5 et 4 a fine. 2 Pet. 2: 20.

Itaque illud, quod daturus est Dominus meus, etiamsi  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  sit minus, quam id, quod promittit tyrannus Barh. p. 113 lin. 11. — In primis hoc accidit, ubi verbum substantivum per  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  (vel per  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  Joh. 13: 16. c. 15: 20.) exprimitur

(cfr. supra p. 34 not. s.), e. g. Illud enim tempus  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  propinquum est<sup>z</sup>) Apoc. 22: 10. Fuit contentio inter

eos, quis  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  esset inter eos  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  maximus<sup>a</sup>) Luc. 22: 24.

$\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  cum essent induti Apoc. 15: 6. Ani-

imperfecto ope verbi  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  formando. Suppl. §. 15. n. II. lit. B, quin etiam (licet rarissime) Dolath praemititur participio activo, praesens tempus verbi finiti exprimenti, e. g. ubi illa meretrix  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  sedens (est) h. e. sedet,  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  Apoc 17: 15.

y) Rectius sine Dolath,  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  erit error postremus  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  pejor quam primus Matth. 27: 64, Luc. 11: 26.

z) Ipse Schaafius in Lex. Syr. p. 100. Dolath ante  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  h. i.

pleonasticum esse judicavit. Dicitur sine Dolath:  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$

propinquum erat Pascha Joh. 2: 13. Dominus noster  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  propinquus est, Phil. 4: 5. — Cfr. supra p. 35 not. u.

a) Sine Dolath: Contenderunt alter cum altero  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  quis esset maximus inter eos Marc. 9: 34. Add. Matth. 18: 1. Luc. 9: 46.  $\text{ܘܘܠܐܘܬܐ}$  hic erit maximus Luc. 9: 48.

mal dentis  $\text{לְמַלְכֵי הַדֶּנְתַּיִם}$  erat simile<sup>b)</sup> c. 13: 2. *Mulier*  $\text{לְמַלְכֵי הַדֶּנְתַּיִם}$  erat amicta c. 17: 4.

III.<sup>o</sup> Non modo status adjectivi vel participii absolutus (Reg. 2 n. II.), sed etiam, licet rarissime, *emphaticus* ut *epitheton* additur statui substantivi *absoluto* c), e. g.  $\text{מְצֻלָּה}$

$\text{מְצֻלָּה}$  loca celebria<sup>d)</sup> Barh. p. 320 lin. 13.  $\text{מְצֻלָּה}$

$\text{מְצֻלָּה}$  fals acuta Apoc. 14: 14<sup>e)</sup>. Fuit  $\text{מְצֻלָּה}$

$\text{מְצֻלָּה}$  inimicitia gravis<sup>f)</sup> Pauli Neues Repert. P. I. p. 31 lin. 10. Forte huc etiam pertinet  $\text{מְצֻלָּה}$  in locum incul-  
tum<sup>g)</sup> Barh. p. 149 lin. 4 a fine.

IV.<sup>o</sup> Aliquando etiam fit, ut status adjectivi vel participii *absolutus* substantivo, in statu *emphatico* collocato, tamquam *epitheton* addatur, sine praevio *Dolath*, quod ex Regula 3. praefigi debuisset<sup>h)</sup>, e. g. *Dederunt*  $\text{מְצֻלָּה}$   $\text{מְצֻלָּה}$  *argentum non exiguum*<sup>i)</sup> (haud parum argenti) Matth. 28: 12.  $\text{מְצֻלָּה}$

b) Sic imperfectum aliquando exprimitur per  $\text{לְמַלְכֵי הַדֶּנְתַּיִם}$  et participium, cui *Dolath* praemisum est, Suppl. §. 15, n. III, litt. B, et supra p. 2.

c) Status adjectivi emphaticus vulgo ut epitheton additur statui substantivi emphatico. Reg. 2 n. I.

d) Rectius  $\text{מְצֻלָּה}$   $\text{מְצֻלָּה}$  loca celebria Barh, p. 354 lin. 10.

e) Rectius  $\text{מְצֻלָּה}$   $\text{מְצֻלָּה}$  fals acuta ib. vs. 17, 18.

f) Vide mox infra not. k.

g) Certe forma absoluta  $\text{מְצֻלָּה}$  est masculini generis. Vide Reg. 2 n. II.

h) Status adjectivi absolutus, praevio carens *Dolath*, modo est praedicatum (Reg. 1.), modo substantivi in statu absoluto positi epitheton. (Reg. 2 n. II.)

i) Rectius praemisso *Dolath*:  $\text{מְצֻלָּה}$   $\text{מְצֻלָּה}$  dolor non exiguus Ass.

T. II. p. 220 col. 2 lin. 9, 10.  $\text{מְצֻלָּה}$   $\text{מְצֻלָּה}$  pavor non ex-

ܐܢܬܝܡ *dies non paucos* Act. 9: 43. *Mulieres celebres non paucae* c. 17: 4. ܐܠܗܐ ܐܝܬܝܢ *Deus alius* 1 Cor. 8: 4. *Erat inter eos ܟܝܡܘܬܐ ܕܝܢܝܩܝܘܬܐ* *inimicitia antiqua*<sup>k)</sup> Pauli Neues Repert. P. I. p. 49 lin. 4. p. 59 lin. 3. ܡܝܢܐ ܕܩܝܘܬܐ *monasterium sanctum*<sup>l)</sup> Barh. p. 454 lin. antep. *Septem ܐܠܗܐ ܐܝܬܝܢ* *spiritus alios*<sup>m)</sup> Matth. 12: 45.

V.<sup>o</sup> Adjectivum vel participium Syriacum, vicem *neutrius* Graecorum Latinorumve supplens, quamvis, verbo substantivo (supra p. 23 not. q.) expresso vel subintellecto, in statu absoluto ponendum sit (Reg. 5 n. I.), in *emphatico* tamen aliquando occurrit, e. g. *Vidit Maro ܐܝܢܐ ܕܝܠܘܬܐ* *quod consentaneum es-*

*ignus* Barh. 606 lin. ult. Vel *emphaticè* ܕܝܠܘܬܐ ܕܝܠܘܬܐ *utilitatis non exigua* Barh. p. 2 lin. 5.

k) Rectius utrumque ponitur vel in statu *emphatico*: *Erat inter eos ܟܝܡܘܬܐ ܕܝܢܝܩܝܘܬܐ* *inimicitia antiqua* Pauli Neues Repert. P. I. p. 81 lin. 9: 10. vel in statu *absoluto*: ܟܝܡܘܬܐ ܕܝܢܝܩܝܘܬܐ *inimicitia antiqua* ib. p. 95 lin. 6.

l) Rectius ܡܝܢܐ ܕܩܝܘܬܐ *monasterium sanctum* Ass. T. I. p. 83 col. 2 lin. 21. p. 307 col. 1 lin. 19. Nomen ܡܝܢܐ *sive habitaculum* (Act. 1: 20.) *sive monasterium* (Plur. ܡܝܢܐܝܢ) significet, est fem. generis. Vide Commentat. meam de Varietat. generis et num. in LL. OO. p. 87 not. I. Lundae 1815.

m) Rectius *Septem ܐܠܗܐ ܐܝܬܝܢ* *spiritus alios* Luc. 11: 26. Vel *emphaticè*, ܐܠܗܐ ܕܡܠܝܬܐ *spiritus mali* Luc. 7: 21, c. 8: 2.



set, ut <sup>v)</sup> Ass. T. I. p. 503 Not. col. 1 lin. 7. Hac aliquo modo referatur (cfr. p. 25 not. s.), Si  $\text{إِذَا كَانَ مَعَهُ زَوْجٌ مِمَّنْ يُؤْمِنُ}$  <sup>o)</sup> Barh. p. 222 lin. 5.

VI.<sup>o</sup> Est quoque aberratio, quando adjectivum vel participium et masculinum et femininum *neutrali* sensu conjunguntur, e. g.  $\text{أَمَّا إِسْمَاعِيلُ فَهُوَ مِنْهَا كَمَا أَنَّ إِسْمَاعِيلَ هُوَ مِنْهَا}$  *sunt autem etiam alia multa* ( $\alpha\lambda\lambda\alpha\ \mu\alpha\lambda\lambda\acute{\alpha}$ ) <sup>v)</sup> Joh. 21: 25.  $\text{وَأَمَّا إِسْمَاعِيلُ فَهُوَ مِنْهَا}$  *illud, quod in pace egredi sinas eos,*  $\text{وَأَمَّا إِسْمَاعِيلُ فَهُوَ مِنْهَا}$  *bonum* (est) Barh. p. 404 lin. 13.

### Suppl. p. 79.

Novum momentum, post litt. B. inserendum:

C) Aliquando nomen compositum concretum exprimitur per appositionem duorum nominum in statu absoluto collocatorum, e. g.  $\text{وَأَمَّا إِسْمَاعِيلُ فَهُوَ مِنْهَا كَمَا أَنَّ إِسْمَاعِيلَ هُوَ مِنْهَا}$  *θεάνθρωπος* Ass. T. I. p. 80 col. 2 lin. 3. p. 81 col. 2 lin. 4.  $\text{وَأَمَّا إِسْمَاعِيلُ فَهُوَ مِنْهَا كَمَا أَنَّ إِسْمَاعِيلَ هُوَ مِنْهَا}$  *νυχθήμερον* <sup>q)</sup> ib. T. III. P. I p. 492 col. 2 lin. 16.

### Suppl. p. 80. not. \*.

Haec nota sic habebit: Fem.  $\text{وَأَمَّا إِسْمَاعِيلُ فَهُوَ مِنْهَا كَمَا أَنَّ إِسْمَاعِيلَ هُوَ مِنْهَا}$  *omnipotens*

n) Rectius in statu absoluto:  $\text{وَأَمَّا إِسْمَاعِيلُ فَهُوَ مِنْهَا كَمَا أَنَّ إِسْمَاعِيلَ هُوَ مِنْهَا}$  *consentaneum est, oportet,* Act. 1: 21, 1 Cor. 7: 36.

o) Absolute (cfr. supra p. 25 not. n)  $\text{وَأَمَّا إِسْمَاعِيلُ فَهُوَ مِنْهَا كَمَا أَنَّ إِسْمَاعِيلَ هُوَ مِنْهَا}$  *nec possibile fuit, ut* Ass. T. I. p. 261 col. 1 lin. 5 a fine. Act. 2: 24,  $\text{وَأَمَّا إِسْمَاعِيلُ فَهُوَ مِنْهَا كَمَا أَنَّ إِسْمَاعِيلَ هُوَ مِنْهَا}$  (fem. absol.) *possibile est,* supra Reg. 5. n. I. litt. A. β.

p) Rectius:  $\text{أَمَّا إِسْمَاعِيلُ فَهُوَ مِنْهَا كَمَا أَنَّ إِسْمَاعِيلَ هُوَ مِنْهَا}$  *multa alia* ( $\alpha\lambda\lambda\alpha\ \mu\alpha\lambda\lambda\acute{\alpha}$ ) *sunt,* Marc. 7: 4. Luc. 3: 18. c. 22: 65.

q) *Nυχθήμερον* dicitur  $\text{وَأَمَّا إِسْمَاعِيلُ فَهُوَ مِنْهَا كَمَا أَنَّ إِسْمَاعِيلَ هُوَ مِنْهَا}$  2 Cor. 11: 25.

verbum Ass. T. III, P. I. p. 571 col. 1 lin. 14. Παντοκράτωρ dicitur etiam אֵיבֵבּוּ דָּוָדָא qui omnia tenet 2 Cor. 6: 18.

Suppl. p. 97. memb. 1. n. IV.

Adde ob singularem constructionem: Non reliquerunt (vivos) nisi filios filiasque tantum אֵיבֵבֵי כִּי־בְנֵי וְכִי־בָּתוּלֹתָא infra viginti annos natos Barh. p. 473 lin. 15.

Suppl. p. 110. n. IV.

Adde: Literae contumelia (-liosae) Barh. p. 218 lin. 15. Charta purpura (-rea) ib. p. 244 lin. 11, 12. Mille אֵיבֵבֵי פָּנִי שֶׁרִיטָא panni sericum (-cei) ib. p. 243 lin. 4 a fine. Quatuor אֵיבֵבֵי דֵּנָרִי אֹרֶזֶם denarii aurum (aurei)<sup>r</sup>) ib. p. 257 lin. 7. p. 211 lin. 6. p. 214 lin. 11 etc. אֵיבֵבֵי דֵּנָרִי אֹרֶזֶם denarius aurum (aureus)<sup>s</sup>) ib. p. 216 lin. 14. אֵיבֵבֵי דְּרַמְמֵי דָּרִיקָא centum myriades Darici (-corum cfr. Suppl. p. 121 n. III. litt. A.) aurum (aureorum)<sup>t</sup>) ib. p. 573 lin. 10.

Suppl. p. 112. n. VI.

